

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Quattuor Euangelia ussui lectionum missae adcommadata - Cod. Aug. perg. 207**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**[S.l.], [9. Jahrh.]**

Hieronymus an Papst Damasus

[urn:nbn:de:bsz:31-60784](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60784)





tur. quatuor tantum euangelia. quorum ordo iste est. matheus. marcus. lucas. iohannes.  
Codiciam grecorum emendata cohlitione. sed ueterum. quae nemulium alexonif latinae con-  
suetudine discrepant. ita calano imperauimus. ut his tantum quae sensim uidebantur  
mutare. correctis. reliqua manere pateremur. ut fuerant. canones quoque quos eusebius  
caerariensis episcopus alexandrinum secutus ammonium inde eam numerum ordinauit. sicut  
in greco habentur & pressimus. quod si quis decuriosus uoluerit nosse quae in euangeliis  
uel eadem. uel uicina. uel sola sine eorum distinctione cognoscant. **M**agnus quidem hic  
in his codicibus error inoleuit. dum quod in eadem re. alius euangelista plus dixit. in alio  
quia minus putauerunt. addiderunt. uel dum eundem sensum **A**lius aliter & pressit.  
Ille qui unum eorum primum legerat. ad eius exemplum ceteros quoque aestimauerit  
emendandos. Vnde accidit. ut apud nos mixta sint omnia. & in marco. plura lucas  
atque mathei. Rursum in matheo. iohannis & marci. & in ceteris reliquorum quae  
in aliis proprias sunt inueniantur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt con-  
fusionis errore sublato. & similia omnium scies. & singulis sua quaeque restitues.  
In canone primo concordant quatuor. matheus. marcus. lucas. iohannes  
In secundo tres. matheus. marcus. lucas. In tertio tres. matheus. lucas. iohannes  
In quarto tres. matheus. marcus. iohannes. In quinto duo. matheus. lucas.  
In sexto duo. matheus. marcus. In septimo duo. matheus. iohannes.  
In octauo duo. lucas. marcus. In nono duo. lucas. iohannes.  
In decimo propria unusquisque quae non habentur in aliis ediderunt. singulis  
uero euangeliis ab uno incipiens. usque ad finem librorum. dispar numerus. **I**n octo  
hic nigro colore per scriptus. sub se habet alium. & in initio numerum discolorem. qui  
ad decem usque procedens. indicat prior numerus in quo sit canone requirendus.  
Cum igitur aperto codice. uerbi gratia illud siue illud capitulum scire uolueris  
cuius canonis sit. statim & subiecto numero doceberis. & recurrent ad principia  
in quibus canonum nesci distincta congeries. Eodemque statim canone &culo frontis



inuenio illum. quem quaerebas numerum. eiusdem euangelistae qui & ipse & in  
scriptiōne signatur inuenies. atque euicino & aliorum tramitibus inspectis. quos  
numeros eregione habeant. adnotabis. Et cum scieris. recurras ad uolumina singulo  
rum. & si nemora reperis numeris quos ante signaueras. repperies. & loca in quibus  
ueleadem uel uicina. dixerunt.

OPTO UT IN XPO VALEAS ET MEMINERIS MEI PAPA BEATISSIME  
**PROLOCUS QUATTUOR EUANGELIORUM**

**P**lures fuisse qui euangelia scripserunt. et lucas euangelista testatur dicens. qm̄ qui  
dem multi conati sunt. ordinare narrationem rerum. quae in nobis compl&esunt. sicut  
tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt sermonem. & ministrauerunt ei. & per  
seuerantia usque ad praesens tempus monumenta declarant. quae ad uersis aucto  
ribus edita diuersarum heresium fuere principia. ut est illud iuxta aegyptios.  
& thomam. & mathiam. & bartholomeum. Duodecim quoque apostolorum. &  
basilidis. atque appellis. ac reliquorum. quos enumerare longissimum est. Cum  
hoc tantum in praesentiarum necesse sit dicere. & tunc quosdam. qui sine spū  
& gratia di. conati sunt magis ordinare narrationem. quam historiae texere ueri  
tatem. quibus iure potest illud proph&icum coaptari. *Vae qui proph&ant de corde suo.*  
*qui ambulat post spm̄ suum. qui dicunt. dicit dñs. & dñs non misit eos.* De quibus  
& sauator in euangelio iohannis loquitur. *Omnes qui ante me uenerunt fures fuerunt  
& latrones. qui uenerunt. non qui misit sunt. Ipse enim ait. ueniebant. & ego  
non misit eos.* In uenientibus <sup>enim</sup> praesumptio temeritatis. In misis. obsequiū  
seruitutis est. Ecclesia autem. quae sup&ram dñi uoce fundata est. quam in  
troduxit rex in cubiculum suum. Et ad quam perforamen descensionis occulte  
misit manū suam. similis damulae hmuloque ceruorum. quattuor flumina  
paradisi in star eructans. quattuor angulos & anulos hab&. per quos quasi arca  
testamenti & curus legis dñi lignis mobilibus uehitur.

